



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Nomenclator Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalivm Qvi  
Ab Anno Christi Millesimo quippiam commentati sunt, Sev  
Ab Eo Tempore quo Pontificis electione ad eos tantùm ob  
Romani cleri multitudinem ...**

**La Roche posay, Henri-Louis Chasteigner de  
Tolosae, 1614**

A Gregorio VII. Creati.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10735**

*Ecclesiae Cardinalium.*

9

na hæresi, scitissimè scripsit

De Corporis & Sanguinis Christi in Eucharistia lib.

3. aduersus Berengarium, quem errati admonuit.

Confessionem de S. Trinitate, Christi humanitate,

Corporisque ac sanguinis Domini nostri veritate.

Orationemque ad Guillelmum i. Regem Anglorum

cum Episcopatum recusaret. Claruit anno 1060.

---

*A GREGORIO VII. CREATI.*

OTHo ex Oppido de Chastillon diœcesis Rhemensis Gallus, Cardinalis, qui postea Urbanus Papa 2. scripsit

De iniuriis sibi ab Henrico Imperatore illatis.

Orationes 3. in Concilio Claromontano habitas, quarum duas habes apud Tyrium & Malmesburiensem, Tertia vero in Vaticana Bibliotheca afferuantur.

Epistolas plures ad Mathildem Comitissam, Alexium Imperatorem Constantinopolitanum, Yuonem Carnotensem & alios, quarum extant viginti apud Baronium.

Contra hæreticos quædam, ut auctor est Platina.

Registrum ut refert Petrus Diaconus.

Præfationem Missæ quæ incipit. *Et te in veneratione*

*B. Mariae semper virginis collaudare.*

Et alia quædam. Obiit Romæ anno 1099.

DEVSDEDIT Cardinalis S. Petri ad vincula tit. S. Eudoxiæ, scripsit.

De Schismaticis & Symoniacis eruditum opus.

Canonum Ecclesiasticorum per capita compendiu-

B

quod ipsum Gratianus (meo quidé animo) adum-  
brare conatus est.

De priuilegiis Romanae Ecclesie lib. 4. Manuscript.  
in Bibliotheca vaticana.

### *AB URBANO II. CREAT.*

S. BERNARDVS DE VBERTIS Florentinus ex  
Abbate Vallis Vmbrosæ Cardinalis, cuius vita ab Aucto-  
monacho vallis Vmbrosæ edita est; & merita in con-  
fesso sunt, scripsit, ut refert Pocciantius,

Historiam Congregationis suæ Vallis vmbrosæ.

Sermones quosdam. Obiit anno 1133. sanctitate cla-  
rus, quam consecuta tempora abunde compro-  
barunt.

Parmæque in Cathedrali cum hoc iacet Epitaphio.  
Diuus Bernardus ex nobili Vbertorum familia in Collegium  
Cardinalium ab Urbano 2. cooptatus: à Paschale 2. ratam  
Parmensium electionem faciente, creatus Parmæ Episco-  
pus, ex veteri sepulchro, ubi per quadringentos & amplius  
annos iacuerat, in proximam aram translatus est: anno  
1548. die 8. Iulij Paulo 3. Pont. Max. sedente.

IOANNES CAIETANVS Cardinalis, qui postea  
Gelasius Papa 2. scripsit

Contra Henricum Imperatorem, ut refert Petrus  
Diaconus.

Registrum Paschalis 2.

Passionem S. Erafmi Episcopi & martyris prosâ.

Passiones Sanctorum Erafmi, Anatholiæ, & Cæsarij  
rythmice.

Epistolasque nonnullas quas habes apud Malmesbu-  
riensem & Baronium. Obiit apud Cluniacum,